

Loysius Thomasii de Angelo

7

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Loysius Thomasii de Angelo

7

1449-11-19

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
quadragessimotavo. Regnante ... Alfonso Dei gratia
rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie,
Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice,
comite Barghinone, duce Hattenarum et Neopatrie ac
etiam comite Rissilionis et Ceritanie, regni vero huius
sui domini anno quintodecimo, ... dominante quoque
in principatu Tarenti et civitate Matere ... Iohanne
Antonio de Baucio de Ursinis, Tarenti princi-/pe, Licii
comite ac regni Sicilie magno comestabulo etc. mense
Novembris, die decimonono eiusdem, tertiedecime
indictionis, Matere.

Nos Loysius Thomasii de Angelo de Matera per
provinciam Terre Ydronti tantum reginalis ad contractus
iudex, Guilielmus de Gurrizio, de eadem civitate,...
puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra
farum regia auctoritate notarius, domnus Stephanus
Narducii de Guillelmo, Donatus Silvestri de Iacobo et
Iohannes Antonii de Lanna, testes... de eadem civitate,...
fatemur... quod... constitutis Margarita uxore condam
Nardi magistri Nicolai de Matera,... et Cicco Dominici
de Scalzone de eadem terra,... prefata... Margarita...
asseruit... habere... veniale unum... intus territorium
Matere, in contrata Anguli, iuxta vineam donni Andree
Tucii de Roberto strictula mediante, iuxta vineam
Roberti de Crapa vetera, iuxta vineam Nardi de Ugiano,
iuxta vineam Iacobi magistri Roberti de Iannono, iuxta
vineam Nicolai de Chello et iuxta vineam Petri de
santo Heronimo... et placebat eidem Margarite dictum
veneale... vendere... // Qua propter,... stante... cum ea
Nicolao de Pesco suo mundualdo,... auctoritatem sibi

prestante in tota huius puplici scripti seriem et non
ultra, per nos iudicem et notarium ac per Eustasium de
Calabresio, baiulum eius curiam confirmato in defectu
sui legitimi / mundualdi, quo carere se dixit,... vendidit...
supradicto Cicco Dominici de Scalzono... supradictum
viniale... pro... pretio unciarum duarum...

Quod scripsi ego prefatus Guilielmus... notarius... †
Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis qui
supra ad contractus iudex me subscripssi Ego Donatus
Sillivestri de Iacobo testis qui supra me subscripsi †
Signum crucis proprie manus mei Iohannis Antonii de
Lanna inliciterati et scribere nescientis

1